Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31499
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">



65 69

stigit
contingit q̃ pluribus potentibus in regno Boheme qui dum
estimabant se ditari de spoliis clericorum facti sunt servi servorum suorum
suorum vtinam ipsi ad laudem dei et hominum p salute ipsa tempestuae
memoriter tenuissent quod hoc quod papiam vix certum dese
rit ordinem letos non habet exitus Ad. Quemadmodum a
principio mei colloquij deductum est manifesta est heresis
hussitarum et destructis destructis plenitudinibus versutiarum Beemoth duo
principia humanorum actuum scz intellectus et voluntas a parte
catholicorum in concordiam transierunt quis nunc erit modus
tractandi cum hussitis ad dandum pacem cum in eo caliq°
petunt se audiri et quemadmodum pactum est Fridericus
Marchio Brandeburgensis qui et Burgrauius Nurenbergen
ad festum sancti Georgij diem vocabile cum eisdem hussitis con
stituit ad tractandum de modis et viis qui boni et vtiles
ecclie viderent R Tractare de modis et viis quibus
ipsi hussite errores suos relinquant est difficile A vt
quomodo R Ideo quia omnis rei natura agit quod ipsum
est Nam sicut musica musicos medicina medicos rethori
ca rethoricos facit sic et error homines erroneos facit et
contenciosos Inde sepius fit q̃ homo cum mapit se verbis
defendere plus offendit q̃m defendit Et hussitarum materia
talis est vt vna dubitacione sucata innumerabiles alie sur
crescant A. Et quid est hoc quod dicis vna dubitatione
sucata innumerabiles alie succrescant
Ad Quia hussite in eodem statu vel in eisdem
articulis prut copiose est declaratum non permanent